Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Sicut dicit una fides non numero sed genere tradit auctoritas. sic potest dici. unum baptisma non numero sed genere. quia una forma non iterari potest. et quia ibi una est trium personarum operatio. plura autem quantum ad singulas ablutiones dicuntur. Vel ideo plaliter dicit baptismatum. quia est baptismus in aqua. in penitentia. in sanguine. nec hoc ideo quod sacramentum baptismatis celebretur nisi maxime. sed quia uice baptismi supplet sanguinis effusio. fides et penitentia. ibi dum tamen ut articulus necessitatis non contemptus religionis excludit sacramentum baptismatis.

Qui solum sic obiciunt. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non introibit in regnum celorum. Secundum hanc auctoritatem uidetur quod nullus dignus sit salute sine susceptione huius sacramenti. Soluo.

Doctores sic predicta uba domini exponunt. Nisi quis renatus fuerit. id est. id est nisi quis renatus ex spiritu et gratione fuerit qua renascuntur illi qui renascuntur ex aqua et spiritu sancto. non potest saluari. Hoc autem spiritu dupliciter modis homines renascuntur. alii per penitentiam. alii per sanguinis effusionem. alii per baptismum. Nota quod fundamentum christiane religionis diuidit in sex. que hic ponunt ab apostolo. s. penitentia fides. baptisma. manuum impositio. resurrectio. iudicium. que ad instructionem neophitorum pertinent.

Impossibile est eos qui semel illuminati. etc. Hic uidetur apostolus graui peccatum negare penitentiam. sicut insequenti ubi dicit. Voluntarie peccantibus iam non relinquitur hostia pro peccato.

Soluo. Nobis uidetur quod utrobique loquitur de peccato in spiritum sanctum. incurrit baratrum quicquid semel incidit. impossibile est quod penitentiam assequatur uel salutem.

Doctores uero dicunt quod impossibile est. etc. Non negat hominem renouationem. sed in baptismatis iteratione uel de finito statu potest exponi. cum sententie quedam glosse deseruiunt.

Dicit expositor quod baptisma ualet et ad sequentia peccata. sed [illegible] quorum peccatum [illegible] non dum fuerunt facta. iam [illegible] sunt dimissa.

Solutio.

Dicunt quidam quod in baptismum dicitur ualere contra sequentia peccata. et per gratiam in baptisma te collatam. futura peccata uitantur.

Si secundum hanc solutionem quod est quod sequitur in eadem glosa.